



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 48. Conventus pro examinanda Zwinglii doctrina Tigurini indictus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**Sæcul. XVI** invocationem & Missæ sacrificium, nec  
A.C. 1523. minus damnabat Leges Ecclesiasticas,  
 Vota, Cælibatum Clericorum & absti-  
 nentiam a carnibus, ne cum tamen ex-  
 ternum Religionis cultum immutabat.  
 Ceterum majori ac Lutherus modera-  
 tionē usus, nullatenus convitiis atque  
 injuriis tumultuabatur, sed potius au-  
 dientium animos verborum vi convin-  
 cere, eorumque corda lenitate sibi de-  
 vincire studebat: Postquam igitur sat  
 auctoritatis ac gratiæ apud plebem sibi  
 conciliaverat, totus in eo erat, ut media  
 arriperet, quibus doctrina sua proba-  
 retur, ac demum publice reciperetur.

## §. XLVIII.

*Conventus pro examinanda Zwin-  
 glii doctrina Tigurini  
 indictus.*

**Fieri. Ræm.** **H**unc in finem Tigurino Senatui au-  
**l. 2 de orig.** tor exstitit, ut in eunte hoc anno  
**hæres. cap. 8.** conventum haberet, in eoque unacum  
**& l. 3. c. 3.** Hugonis Constantiensis Episcopi Depu-  
**Steia. comm.** tatis, aliisque Ecclesiasticis de Religio-  
**l. 3. sub fin.** nis negotio conferret. Annuere Tigu-  
 rini, atque ad vigesimam nonam Janua-  
 rii diem anno post Christum natum mil-  
 lesimo quingentesimo vigesimo tertio  
 conventum indixerunt, omnesque Pagi  
 sui Ecclesiasticos eidem interesse roga-  
 runt,

runt, simulque Constantiensem Episco-  
pum monuerunt, ut vel ipsus adesset, Sæcul. XVI.  
A. C. 1523.  
vel suo nomine quemdam eo legaret,  
„ ut errores, inquit Senatus, qui Zwin-  
„ glio imputantur, unice ex sacris lite-  
„ ris impugnantur, ac dijudicari possit,  
„ quænam opiniones firmius Verbo  
„ Dei infistant, demum vero sub seve-  
„ ris pœnis prohiberi valeat, ne quis  
„ doctrinæ tum approbandæ sese oppo-  
„ nat.,“ Advenerant Constantiensis  
Episcopi nomine Joannes Faber ejus-  
dem Vicarius Generalis aliquique duo,  
præter quos magno numero Ecclesiastici  
confluxerant.

Pro solemani Conventus auspicio Se-  
natorum Præses sermonem habuit, in  
quo exposuit, eo fine Senatum huc esse  
congregatum, ut sedulo, ambæ doctri-  
næ discuterentur, & utra earum an Ca-  
tholica vel Zwingliana acceptanda fo-  
ret; his subjunxit, quod cuicunque ple-  
na concederetur libertas, vi cuius al-  
terutram vel impugnare, vel defendere  
valeat. Hujus Senatoris verba exce-  
pit Fridericus de Anwy, unus ex Con-  
stantiensis Episcopi Deputatis, sicque  
peroravit: missus sum a meo Præfule,  
ut dissidiorum, quibus Tigurina Eccle-  
sia agitatur, cauſas explorarem, de ce-  
tero palam profiteor, me eo duntaxat  
fine huc venisse, ut pacem conciliem, ac  
contro-

Sæcul. XVI. controversies amice componam, quini-  
**A. C. 1523** mo rationes utrinque allegandas luben-  
ti animo auscultabo, nilque definiam,  
donec Episcopus unacum Sacro suo Se-  
natū sententiam pronunciaverit. His  
dictis Zwinglius e loco suo surgens,  
hunc in modum effatus est: novissimis  
hisce temporibus verbi divini lumen non  
modo obscuratum, sed hominum tradi-  
tionibus ferme extinctum fuit, suscitavit  
tamen Dominus quosdam Viros, qui,  
ut pristinum splendorem Ecclesiæ red-  
derent, Evangelium in tota puritate sua  
annunciarunt, ex quorum numero haud  
insimus ego sum; cum vero velut hæ-  
reticus traducer, et si quinto abhinc an-  
no nil omnino nisi Sacris literis sufful-  
tus docuerim, ideo Senatum supplex  
accessi, ut conventum ageret, in quo de  
doctrina mea rationem reddere possim.

### §. XLIX.

#### *Zwinglii doctrina sexaginta septem propositionibus comprehensa.*

*Steid. comm. lib. 3. sub fin. p. 91.* **Z**winglius doctrinæ suæ summam se-  
xaginta sex propositionibus compre-  
hendit, omnesque ab erroribus immu-  
nes, necnon Evangelio consonas jacti-  
tabat: Possunt autem illæ haud diffi-  
culter ad sequentes articulos revoca-  
ri. *I. Ecclesia est communio Sanctorum,*  
*cuius*